

†

BOLETIN ECLESIASTICO

DEL

OBISPADO DE SALAMANCA.

Esta publicacion oficial, que solo se hace para las Iglesias y Párrocos de la Diócesis, saldrá dos veces al mes en los dias que el Prelado dispusiere. Las reclamaciones se dirigirán á la Secretaría de Cámara del Obispado.

OBISPADO DE SALAMANCA.

Con la espresiva y enérgica carta que se insertó en el núm. anterior del Boletin, nos remitió el Excelentísimo Sr. Nuncio de su Santidad en estos Reinos un ejemplar auténtico de la Alocucion pronunciada por el Santo Padre en el Consistorio Secreto de 28 de Setiembre de este año. Aunque su version castellana es conocida ya de nuestros Diocesanos, hemos creido que un documento de tanta importancia debe ser leído por los Eclesiásticos y fieles instruidos en el idioma en que fué redactado, si se han de apreciar en su fuerza y valor las notabilisimas frases y conceptos en que abunda y comprender la entereza apostólica de que se halla animado el Padre comun de los fieles en medio de las aflicciones que le circundan y de los rudos ataques con que pretenden quebrantar su firmeza la injusticia y la ambicion, el dolo y la mala fé, y el mas abominable abuso de la fuerza y violencia. Al publicar en el presente número el texto latino de tan

interesante Alocucion omitimos de intento todo comentario. Cualquiera reflexion que saliera de nuestros labios seria lánguida y descolorida al lado de los enérgicos, vivos y sentidos acentos con que el Vicario de Jesucristo habla á la Cristiandad. Pero si no queremos desvirtuar con nuestras pobres palabras la impresion que han de producir las eficacisimas del Gefe de la Iglesia, no podemos prescindir de recomendar á Nuestros Párrocos y Diocesanos la lectura de tan respetable y autorizada manifestacion, seguros de que, como hijos reverentes, no solo compartirán las penas del mas tierno y bondadoso de los Padres, doliéndose con él de los males de la iglesia, sino que vendrán en su auxilio con los recursos espirituales y temporales que les dicte su piedad filial.

Salamanca 12 de Noviembre de 1860.—ANASTASIO,
Obispo de Salamanca.

*Sanctissimi Domini Nostri PII Divina Providentia
PAPÆ IX. Allocutio habita in Consistorio Secreto
die XXVIII Septembris MDCCCLX.*

VENERABILES FRATRES

Novos, et ante hunc diem inauditos ausus a Subalpino Gubernio contra Nos, hanc Apostolicam sedem, et Catholicam Ecclesiam admissos denuo cum incredibili animi nostri dolore vel moerore potius deplorare ac detestari cogimur, Venerabiles Fratres. Ipsum, uti nostis, Gubernium victoria abutens, quam bellicosae magnaëque nationis opibus adiutum ex funestissimo bello reportavit, suum per Italiam regnum contra omnia divina et humana iura extendens, populis ad rebellionem excitatis, legitimisque Principibus ex propria dominatione per summam iniustitiam expulsis, aliquot

Pontificiae Nostrae in Aemilia ditionis provincias iniustissimo ac prorsus sacrilego ausu invasit et usurpavit. Dum autem universus Catholicus Orbis iustissimis gravissimisque Nostris respondens querelis contra hanc impiam usurpationem vehementer clamare non desinit idem Gubernium alias huius Sanctae Sedis provincias in Piceno, Umbria, et Patrimonio, sitas sibi vindicare constituit. At cum videret, earum provinciarum populos omni perfrui tranquillitate, eosque Nobis fideliter adhaerere nec posse pecuniis largiter profusis aliisque improbis adhibitis dolis a legitimo Nostro, et huius Sanctae Sedis civili imperio alienari ac divelli, idcirco in ipsas provincias immisit tum perditorum hominum manum, qui turbas seditionemque ibi excitarent, tum ingentem suum exercitum, qui easdem provincias hostili impetu, armorumque vi subiiceret.

Optime nostis, Venerabiles Fratres, impudentes litteras a Subalpino Gubernio ad suum tuendum latrocinium Nostro Cardinali a publicis negotiis scriptas, quibus haud erubuit nuntiare, se suis copiis in mandatis dedisse, ut commemoratas Nostras provincias occuparent nisi dimitterentur exteri homines adscripti parvo Nostro exercitui, qui ceteroquin ad Pontificiae ditionis, eiusque populorum tranquillitatem servandam fuerat instructus. Nec ignoratis, a Subalpinis copiis easdem provincias ipso fere tempore fuisse occupatas, quo illae litterae accipiebantur. Equidem nemo non potest non magnopere commoveri, et summa affici indignatione reputans mendaces criminationes, variasque calumnias et contumelias, quibus idem Gubernium haud pudet huiusmodi suam hostilem impiamque contra civilem Romanae Ecclesiae principatum aggressionem tegere, Nostrumque gubernium impetere. Ecquis enim non summpere miretur audiens, Nostrum reprehendi Gubernium, propterea quod Nostro exerci-

tui externi homines fuerint adscripti, cum omnes noscant nulli legitimo Gubernio denegari unquam posse ius cooptandi in suas copias exteros homines? Quod quidem ius potiori quadam ratione ad Nostrum et huius Sanctae Sedis Gubernium pertinet, cum Romanus Pontifex, veluti communis omnium catholicorum pater, non possit non libentissime eos omnes catholicos excipere, qui religionis studio impulsivi velint in Pontificiis copiis militare, et ad Ecclesiae defensionem concurrere. Atque hic animadvertendum existimamus huiusmodi catholicorum exterorum concursus fuisse praesertim excitatum illorum improbitate, qui civilem huius Sanctae Sedis principatum aggressi sunt. Nemo enim ignorat qua indignatione, et quo luctu universus catholicus orbis fuerit commotus ubi novit tam impiam, tamque iniustam civili huius Apostolicae Sedis dominio aggressionem fuisse illatam. Ex quo porro factum est ut quamplurimi ex variis christianis orbis regionibus fideles sua sponte et summa alacritate ad Pontificiam Nostram ditionem convolaverint, suumque nomen Nostrae militiae dederint, quo Nostra, huius Sanctae Sedis, et Ecclesiae iura strenue defenderent. Singulari autem malignitate Subalpinum Gubernium Nostris militibus mercenarii notam per summam calumniam inurere minime veretur, cum non pauci ex indigenis exterisque Nostris militibus nobili genere nati, et illustrium familiarum nomine conspicui, ac religionis amore unice excitati, sine ullo emolumento in Nostris copiis militare voluerint. Neque latet Subalpinum Gubernium qua fide et integritate Noster exercitus praestet, cum eidem Gubernio perspectum sit, irritas fuisse omnes dolosas artes adhibitas ut Nostrum milites corrumperentur. Nihil vero est: cur immeremur in refellenda feritatis accusatione Nostris copiis improbe illata, cum nullum plane argumentum obtrec-

tatores valeant adducere, quin potius huiusmodi criminatio in ipsos iure converti possit, quemadmodum vulgatae Subalpini exercitus Ducum truculentae proclamationes manifestissime ostendunt.

Hic autem animadvertere praestat, Nostro Gubernio minime suspicandum fuisse de huiusmodi hostili invasione, cum ipsi asseveratum esset Subalpinas copias prope territorium Nostrum accessisse non quidem invadendi animo, immo vero ut inde perturbatorum turmas arcerent. Hinc summus Nostrarum copiarum Dux ne cogitare quidem poterat, sibi cum Subalpino exercitu esse pugnandum. Verum ubi, rebus praeter omnem expectationem perperam immutatis, agnovit hostilem irruptionem ab illo exercitu factam, qui sane pugnantium numero armorumque vi maxime praevalebat, providum suscepit consilium se Anconam utpote arce munitam recipiendi, ne Nostri milites tam facili mortis periculo exponerentur. Cum autem ingruentibus hostium copiis in itinere interciperentur, manus conserere coactus est, ut sibi militibusque suis viam aperiret.

Ceterum dum meritas debitasque laudes tribuimus commemorato Nostrarum copiarum Duci, ac illarum ductoribus et militibus, qui inexpectata hostili irruptione lacessiti pro Dei, Ecclesiae, huius Apostolicae Sedis, ac iustitiae causa fortiter, viribus licet longe imparibus dimicarunt; vix lacrimas continere possumus noscentes quot strenui milites, ac lectissimi praesertim iuvenes in hac iniusta et crudeli invasione occubuerint, qui religioso sane nobilique animo ad civilem Romanae Ecclesiae principatum tuendum advolarunt. Nos insuper summopere commovet luctus, qui in illorum familias redundat. Utinam eisdem familiis fletum Nostris verbis abstergere possemus! Confidimus vero non levi ipsis solatio et consolationi futuram honorifi-

centissimam mentionem, quam de extinctis suis liberis et propinquis merito facimus ob splendidum sane eximiae eorum erga Nos, et hanc Sanctam Sedem fidei, pietatis et amoris exemplum, quod christiano orbi cum immortalis eorum nominis laude exhibuerunt. Atque in eam profecto spem erigimur fore, ut ii omnes qui gloriosam pro Ecclesiae causa mortem obierunt, illam sempiternam assequantur pacem et beatitatem, quam a Deo Optimo Maximo apprecati sumus, et apprecari nunquam omitemus. Quo loco debitis quoque laudibus prosequimur dilectos Filios Praesides provinciarum, praesertim Urbino--Pisaurensis, et Spoletanae qui in hac tristissima temporum vicisitudine suo munere sedulo constanterque perfuncti sunt.

Iam vero, Venerabiles Fratres, quis ferre unquam poterit insignem impudentiam et hypocrisim, qua nequissimi in vasores in suis programmatibus asserere non dubitant, se Nostras aliasque Italiae sadire provincias ut ibi moralis ordinis principia restituant? Atque id ab iis temere affirmatur, qui acerrimum Chatolicae Ecclesiae, eiusque Ministris, ac rebus iamdiu bellum inferentes, et ecclesiasticas leges, censurasque plane despicientes ausi sunt spectatissimos tum S. R. E. Cardinales, tum Episcopos, tum probatissimos utriusque Cleri Viros in vincula conicere, Religiosas Familias e propriis Coenobiis expellere, Ecclesiae bona diripere, et civilem huius Sanctae Sedis principatum vastare. Scilicet moralis ordinis principia ab iis restituentur, qui publicas cuiusque falsae doctriae scholas, et meretricias etiam domos constituunt, quique abominandis scriptis et scenicis spectaculis pudorem, pudicitiam, honestatem, virtutem offendere, eliminare, et sacrosancta divinae nostrae religionis mysteria, sacramenta, praecepta, et instituta, sacrosque ministros, ritus, caeremonias irridere, contemnere, omnem

que iustitiae rationem de medio tollere, ac tum religionis tum civilis societatis fundamenta labefactare et evertere connituntur!

In hac igitur tam iniusta, tam hostili et horrenda civilis Nostri et huius Sanctae Sedis principatus aggresione et occupatione a Subalpino Rege, eiusque Gubernio contra omnes iustitiae leges et universale gentium ius peracta, Nostri officii probe memores in hoc amplissimo Vestro consessu, et coram universo Catholico Orbe Nostram vocem denuo vehementer attollimus, ac omnes nefarios sacrilegosque eiusdem Regis et Gubernii ausus reprobamus, penitusque damnamus, omnesque actus plane nullos et irritos declaramus, decernimus, ac civilis, quo Romana pollet Ecclesia, principatus integritatem, eiusque iura, quae ad omnes catholicos pertinent, etiam atque etiam reclamamus, et reclamare nunquam desistemus.

Verum dissimulare non possumus, Venerabiles Fratres, summa Nos opprimi amaritudine, cum in tam scelestam et nunquam satis execranda aggresione alieni auxilii opem, variis exortis difficultatibus adhuc desideremus. Equidem notissimae Vobis sunt iteratae declarationes Nobis factae ab uno ex potentissimis Europae Principibus. Attamen dum illarum iamdiu expectamus effectum non possumus non vehementer angari ac perturbari cum inspiciamus nefandae usurpationis auctores fautoresque audacter insolenterque in nefario suo proposito persistere ac progredi, tamquam certo confidentes neminem sibi reapse adversari.

Haec autem perversitas eo devenit, ut hostilibus Subalpini exercitus copiis ad moenia fere huius almae Nostri urbis inmissis, quaecumque fuerit implicata communicatio, publicae privataeque rationes in discrimen adductae, com meatus intercepti, et, quod gravissimum est, Summus totius Ecclesiae Pontifex in

molestam redactus difficultatem Ecclesiae ipsius negotiis, pro ut res postulat, consulendi, propterea quod maxime coarctetur via cum variis orbis partibus communicandi. Quamobrem in tantis Nostris angustiis, tantoque rerum discrimine vel facile intelligitis, Venerabiles Fratres, Nos tristi necessitate eo iam ferme impelli, ut vel inviti cogitare debeamus de opportuno suscipiendo consilio ad Nostram dignitatem tuendam.

Interim abstinere non possumus, quin praeter alia deplorem funestum ac perniciosum principium, quod vocant de *non Interventu* a quibusdam Guberniis haud ita pridem, ceteris tolerantibus, proclamatum, et adhibitum etiam cum de iniusta alicuius Gubernii contra aliud aggresione agatur; ita ut quaedam veluti impunitas ac licentia impetendi ac diripiendi aliena iura, proprietates, ac ditiones ipsas contra divinas humanasque leges sanciri videatur; quemadmodum luctuosa hac tempestate cernimus evenire. Et mirandum profecto, quod uni Subalpino Gubernio impune liceat eiusmodi principium despiciere ac violare, cum videamus ipsum hostilibus suis copiis, universa Europa inspectante, in alienas ditiones irrumpere, legitimosque ex illis Principes exturbare; ex quo perniciose consequitur absurditas, alienum nempe interventum dumtaxat admitti ad rebellionem suscitandam atque fovendam.

Hinc autem opportuna Nobis oritur occasio excitandi omnes Europae Principes, ut pro spectata ipsorum consilii gravitate et sapientia serio perpendant quae quantaque mala in detestabili, quem lamentamur, eventu cumulentur. Agitur enim de immani violatione, quae contra universale gentium ius nequiter est patrata, quaeque nisi omnino coerceatur, nulla deinceps legitimi cuiusque iuris firmitas ac securitas poterit consistere. Agitur de rebellionis principio, cui Subal-

pinum Gubernium turpiter inservit, et ex quo pro-
vum est intelligere, quantum cuicumque Gubernio dis-
crimen in dies comparetur, et quanta in universam
civilem societatem redundet perniciēs, cum ita fatali
Communismo aditus aperiamur. Agitur de violatis so-
lemnibus Conventionibus, quae uti aliorum in Europa
Principatum, ita etiam civilis Pontificiae Ditionis inte-
gritatem sartam tectamque servari omnino postulant.
Agitur de violenta direptione illius principatus, qui
singulari divinae providentiae consilio Romano Ponti-
fici datus est ad Apostolicum suum Ministerium in
universam Ecclesiam plenissima libertate exercendum.
Quae profecto libertas summae omnibus Principibus
curae esse debet, ut Pontifex ipse nullius civilis po-
testatis impulsui subiaceat, atque ita spiritali pariter
catholicorum in eorundem Principum dominiis degen-
tium tranquillitati cautum sit.

Itaque omnibus Supremis Principibus persuasum
esse debet, Nostram cum Ipsorum causam plane esse
coniunctam, eosque suum Nobis auxilium afferentes
Nostrorum aequae ac suorum iurium incolumitati esse
prospecturos. Maxima proinde cum fiducia ipsos hor-
tamur et obsecramus, ut opem Nobis, pro sua quisque
conditione et opportunitate, velint impendere. Non
dubitamus autem, quin catholici praesertim Principes
ac Populi omnem eorum curam et operam studiosis-
sime conferant, ut pro communi eorum officio uni-
versi Dominici Gregis Patrem et Pastorem parricidia-
libus degeneris filii armis oppugnatum modis omnibus
adiubare, tueri, et defendere properent atque festi-
nent.

Cum autem apprime sciatis, Venerabiles Fratres,
omnem spem Nostram in Deo esse collocandam, qui
adiutor et refugium est nostrum in tribulationibus
nostris, qui que vulnerat et medetur, percutit et sanat,

mortificat et vivificat, deducit ad inferos et reducit; idcirco in omni fide, et humilitate cordis nostri assiduas ferventissimasque ad Ipsum, adhibito in primis efficacissimo Immaculatae Sanctissimaeque Deiparae Virginis Mariae patrocinio, ac suffragio Beatorum Petri et Pauli, preces effundere non intermittamus, ut faciens potentiam in brachio suo inimicorum suorum superbiam elidat, et expugnet impugnantes nos, omnesque Ecclesiae suae sanctae hostes humiliet et conterat; atque omnipotenti suae gratiae virtute efficiat, ut omnium prevaricantium corda resipiscant, deque optatissima illorum conversione sancta mater Ecclesia quam primum laetetur.

EL PAPA Y EL PROTESTANTE LEO.

El célebre profesor Leo publica en *Flalle* un periódico titulado *Velksblat Fur Stadt Vnd Land*, y aunque protestante, este escritor conserva todavía el resto de fe y piedad que el Protestantismo ha heredado al separarse del Catolicismo. Movido, pues, por principios de justicia, el docto profesor juzga severamente á los que persiguen al Papa, anuncia la próxima victoria de la Iglesia, y declara estúpidos á los protestantes que se prometen alguna ventaja de la caída del Pontificado, cuando realmente, á ser posible su caída, caerian con él las máximas fundamentales de todas las religiones. Invitamos á nuestros lectores á que mediten las siguientes observaciones del protestante Leo.

Este dice así: «La persecucion urdida contra la Iglesia por mano de los apóstatas, entre los cuales se hallan algunos que desearian aparecer *creyentes*, va

haciendo nuevos progresos, y si somos tan ciegos que nada vemos aun en los indicios que hoy se notan, esta persecucion llegará mas tarde ó mas temprano á un extremo espantoso. La revolucion parece que mira únicamente á las cosas *temporales*; pero tiene perpétuamente fijos sus ojos en el orden divino. Dirige desde el principio sus ataques contra la Iglesia, y solo mas tarde dirige sus baterías contra los reyes, los príncipes, los ricos y las clases elevadas.

«Pero en general los poderosos de la tierra se muestran elegidos en todo lo que atañe á estos primeros principios de la revolucion; y de tal ceguera nacen tantas otras, como el favorecer la anarquía, abriendo de este modo ellos mismos la tumba en que han de ser sepultados sus propios derechos. Podria decirse, viéndoles observar esta conducta, que por medio de los favores que le prodigan esperan que la revolucion les evite la pérdida de estos mismos derechos. Los embates mas furiosos de los revolucionarios tienen siempre por blanco aquel poder, principal entre todos *los poderes temporales*, que invoca apoyándose en él, el derecho de Dios vivo, y que sostiene los derechos de la Iglesia de Cristo.

«Volvamos primeramente los ojos á Italia, y veremos que hace muchos años que la persecucion organizada allí contra la Iglesia, por el Gobierno piemontés, tiene por principal objeto *la forma exterior* de la misma Iglesia, esto es, los bienes eclesiásticos y *el dominio temporal* del Papa; pero en realidad, el ataque se dirige contra *el poder espiritual*, oculto bajo aquella forma exterior. Para los católicos el poder espiritual consiste principalmente en que el Papa es el Vicario de Cristo: y por eso cabalmente contra el dominio de Cristo se encaminan aquellos *católicos* en los ataques que asestan contra la dominacion del Papa, aunque sea temporal.

«Y todo el que repudie al Papa, repudia al Cristo. No hay, pues, para los católicos otra alternativa que el admitir al Papa y al Cristo, ó no admitir ni al Cristo ni al Papa.

«Los que observan las condiciones de la actual sociedad, tal como existen hace mil años, se encuentran irresistiblemente forzados á no reconocer como depositario de la plena autoridad apostólica al Papa que dependiese políticamente de otro monarca.

«Hé aquí por qué vemos que, con el fin de proteger el dominio temporal del Papa, se levanta en masa, no solamente el alto clero, ó sea el Episcopado, sino tambien, con poquitas excepciones, el Clero todo, auxiliado con *las cartas pastorales* y las oraciones. Con este mismo fin vemos al pueblo católico tomar con tanto empeño la obra del *dinero de san Pedro*, y con este mismo objeto se enarbolan banderas por magnánimos guerreros que llevan á su cabeza al valeroso Lamoricière.

«La Iglesia católica, nadie lo desconoce, gime hoy en una profunda consternacion. Si á pesar de todo el Papa vence estas azarosas circunstancias, apoyado en sus propios recursos y en los que el mundo católico espontáneamente le suministra, dará al elemento revolucionario un golpe mayor que todos los que le han dado las violentas represiones adoptadas desde el año 1848; y este acontecimiento será para la Iglesia motivo de consolacion mas grande que cuantos ha recibido de quinientos años acá.

«En cuanto á nosotros, estamos muy lejos de alegrarnos por la decadencia del Papa y de su poder temporal; porque no es la Iglesia protestante la que reportaria los beneficios de esta caída, sino solamente *su caricatura*, la negacion, la necia incrudelidad, y la tórba estúpida de aquellos que queriendo ser hom-

bres de fé con la boca, se precipitan en brazos de la *crasa impiedad* y del suicidio moral; en los brazos de los insensatos protestantes de Inglaterra, de la alianza evangélica de los inscritos en el partido de la *Gaceta eclesiástica*, y de toda la canalla y patulea de la misma especie.

«Si tambien aquí ó allí ciertos miembros de la Iglesia protestante, aunque animados del verdadero espíritu clerical, han manifestado la esperanza de que la caída del Papa traerá el triunfo de la Iglesia protestante, estos tales han dado una prueba de imbecilidad política y religiosa, que está léjos de ser honrosa para nuestra Iglesia.»

Así habla un protestante, hombre de doctrina y de conciencia. ¡Cuántos católicos debieran avergonzarse al leer estas palabras!

La siguiente carta da una idea de la solemnidad con que se ha celebrado en este año la fiesta de nuestra seráfica compatriota Santa Teresa de Jesus.

Alba de Tórnes Octubre 24 de 1860.

Anteayer se concluyó la octava de Santa Teresa de Jesus, que sus Religiosas y Hermandad celebran anualmente con el aparato y pompa de costumbre, y no porque la Iglesia se halle cubierta de luto, y su tristeza sea justa por las crueles, impías y sacrilegas escenas que está presenciando con el despojo inicuo del patrimonio de San Pedro, y amargos dias que estan pasando sobre nuestro comun Padre Pio IX, pueden sus enemigos batir palmas por sus efimeros triunfos,

si se detienen á contemplar por un solo momento que los fieles hijos del Dios único y verdadero y súbditos amorosos del Romano Pontífice su vicario en la tierra, lejos de secundar sus infames proyectos, se postran con humildad ante los altares, implorando misericordia y desarmar con sentidas plegarias su ira ofendida y suplicarle que levante su poderoso brazo que amenaza caer á plomo sobre nuestras cabezas.

Una multitud de cristianos aglomerada y sofocada por el calor en el Templo de la Mística Doctora y reformadora del Carmelo, se disputaba diariamente la entrada y localidad para asistir á los oficios divinos, y postrarse ante sus reliquias.

Sabios oradores han sido panegiristas de las virtudes de la Santa, tan probada en trabajos como amada de Dios, y procuraron sacar todo el partido posible de la reverente atencion de su piadoso auditorio.

Celosos Sacerdotes repartieron con santa profusion el pan de los fuertes á los muchos compungidos que desde muy temprano pedian la absolucion sacramental; pudiendo asegurar que todo esto da un solemne mentis á los que insensatos creen que sonó la hora de faltar la fé en Israel. ¡Miserables! que no cierren sus ojos á la evidencia de la verdad, y dejarán de acabarse de precipitar. Vean lo que pasa alrededor de sí, arrojen una mirada de simple exploracion sobre las personas que se han postrado ante las aras del Dios de Magestad y su Santa, y se convencerán de que la vergüenza tiene que cubrir su rostro.

Sabios, ricos, dignidades, militares y empleados, se confundian con el humilde artesano sin darse por ofendidos de esta verdadera igualdad. ¿Y será posible que todos estos sean los necios y ellos los prudentes? ¿Estos los fanáticos y ellos los ilustrados? ¿Pero Dios lo permite, sus juicios son incomprensibles y lo ten-

drà dispuesto asi, ó para su mayor honra y gloria en un dia acaso no lejano, ó para nuestra confusion.

Continúa la lista de los donativos hechos en esta diócesis á favor del Sumo Pontífice.

	Rs. Cén.
<i>Suma anterior.</i>	90951 89
D. Rafael Salinero, segunda vez.	58
El Párroco de Tremedal.	20
Benito Ruano, vecino de id.	5
Andres Ruano, de id.	2
Zoilo Garcia, de id.	4
Juan del Arco, de id.	3
Pedro Garcia, de id.	5
Agustin Vicente, de id.	6
Melchor Rodriguez, vecino de Sardon.	20
Angel Sanchez, de id.	8
Antonio Garcia, de id.	2
Andres Encina, de id.	9
Clemente Montero, de Peñalvo.	4
Agustin del Arco, de id.	4
Ana María Vacas, de id.	2
Toribio Encinas, de id.	9
María Andres, de id.	2
Juan Francisco Lopez, de id.	4
Angel Marcos, de id.	2
El Ecónomo de Canillas de Abajo.	20
Un Católico Apostólico Romano.	100
Un feligres de Galinduste.	56
El Párroco de Tamames, por el mes de Noviembre.	20
D. Jacinto Zerezo, por id.	4
Doña Rita Hidalgo, de id.	20
Las niñas de la Escuela de Tamames.	1 66
D. Juan Sanchez, vecino de Pedraza.	20
El Párroco de Avililla.	20

Felipe Garcia, vecino de S. Pedro de Rozados.	20
Francisco Garcia, de id.	8
Guillermo San Roman.	8
Los demas vecinos de San Pedro y Bernoy.	80
El Párroco de Albergueria, por segunda vez.	20
<hr/>	
TOTAL.	91458 55

Lic. Manuel Quiroga.

NECROLOGIA.

En 29 de Setiembre falleció D. Ramon Lopez Alvarado, Párroco de Santo Tomás Apóstol de esta capital.

En 20 de Octubre la R. M. María Gertrudis Villar, Abadesa del Convento de Santa Isabel de Alba, y

En 6 del corriente D. Fulgencio Martin Asensio, Párroco de Aldehuela de la Boveda. Roguemos á Dios por su eterno descanso.

AVISOS.

1.º Los suscritores al Empréstito Pontificio que no hayan satisfecho el tercer plazo vencido en 1.º de Noviembre, se servirán verificarlo presentando los titulos provisionales para hacer en ellos la anotacion correspondiente.

2.º A los suscritores que han hecho donacion de sus titulos respectivos, debemos hacer saber para su satisfaccion el reconocimiento con que el Excmo. Señor Nuncio de Su Santidad acepta en nombre del Santo Padre esta muestra de su generoso desprendimiento.

IMPRESA DE D. TELESFORO OLIVA.